

IN S I G N I S , A T Q V E
utileſim̄us TRACTATVS
D N .
C È L S I B A R -
G A L I I P A T R I C I I
Senensis , in Patrio atque in Maceratensi
Gymnasio prætantissimi Professo-
ris LL. Primarii

D E D O L O .

H V I C I N F I N E S V B I E C T A E S V N T
Orationes viginti , ab eodem Authore in celeberrimis Se-
nensi & Maceratensi Academiis in Doctorum pro-
motionibus habita & recitata .

Adiectus est INDEX rerum & verborum necessariis.



H A N O V I A E
Typis Wechelianis apud Claudiū Mā-
rium , & heredes Iohannis Aubrii .

M. D C I I I L

Cum gratia & Privilégio Sacré Cesareæ Majestatis.

Q U A D R U M
C E L I S T A
C H I P R A
I I C I

Summa Priuilegiū.

CÆSAREÆ Maiestatis priuilegio caustum est Andrea Wecheliberdibus, Claudio Marnio, & Iohanni Aubrio, ne quis hunc Tractatum de Dolo à Celso Bargalio IC. conscriptum, intra Sacri Romani Imperii & omnium regnum ac prouinciarum Imperialium fines, eodem vel alio charactere excudere, aut ubicumque recudendum dare, aut alibi impressum importare, vendere vel distractabere palam vel occulte ausit. Idem priuilegium eis concessum de aliis etiam auctoribus in Philosophica, Medica & Iuridica facultate, aliisque disciplinis liberilibus, ad sex eiusque editionis annos. Quod Sacre Maiestatis interdictum si quis neglexerit, non modo libris expressis, verum etiam insuper decem marchis auri puri, imperiali pisco, fraudis vindici & dictis Wecheli heredibus, ex equo soluenda multabitur, ut latius in Cesareo diplomate declaratum est, Dato Viena XXV.
Mensis Maii Anno Domini M. D. LXXXII.

Rudolphus.

V. Io. Bapt. Weber.

Ad mandatum S. Cesareæ Maiestatis proprium.

P. Obernburgensis.



ILLVSTRISSIMIS SENATVI, ET PRIORIBVS CIVITATIS MACERATENSIS, in Picena prouincia primariæ, Domini- nis suis, &c.

SCIPIO BARGALIVS.



Vix inter schedas Domini Celsi fratribus, quæ post eius obitum in manus meas inciderunt; illæ fæse obtulerit, breuis admodum, & plusquam currens calamo exarata; tanquam solius memorie nota: cuius initium videlicet: Nuncupatoriz Epistolæ subiectam, hoc interim succurrit, &c. qua Tractatum à se de DOLO absolutum, propediem in lucem editurus, nominis vestro dicare decreuerat, ut summae eius obsequeretur voluntati, non alienum existimavi rationibus meis, si inchoatam Epistolam ab eo, & quasi per transenniam scriptam, vel interruptam, infererem potius, quam nouam quampiam meo marte, licet eiusdem argumenti, conscriberem. Verba potius schedilæ sunt hæc.

Nollein vobis, egregios viros, cogitare me laudis desiderio, vel gloriæ cupiditate ullo pacto adductum, hæc, quæ vobis dico, qualia cunctæ sint, edidisse: tam quia ingenii imbecillitate, me eam assequi posse diffido; tu quod si maxime assequi confiderem; non idcirco opus hoc aperto in lumine collocareni, quoniam id homini Christiano non magni quidem censeo faciendum. Vox enim Pii Secundi Pont. Max. decantata, meas circumsonataures: Post mortem eum, qui ad inferos detrudatur, nullum ex fama apud mortales parta, fructum capere: quod si ad superos abeat; eiusdem etiam contemptorem fieri. Idque etiam aliis rationibus apud Franciscum Petraracham de Remedio utriusq; fortunæ de promptis confirmari potest. Num fortasse alios iuuandi causa ad opus talem promulgandum compelli possem? Cum omnes Platonis sententia, patriæ, parentibus, atque amicis nati simus. Hoc sane, cum nil pulchrius sit, nil homine dignius, fecisset; si me assequiturum sperasset. Sed, ut verum fatesar, ea me ratio impulit, ut vobis villicationis meæ, qualem, quale rationem redderem. Cum per annos plures vestra in vincis laborauerim, & diurnum denarium æque à vobis acceperim (licet séra, & debilis fuerit operatio) atq; aliis deditis; quorum opera plus fructus, nominis, & splendoris Macera-



C E L S I B A R G A L I I

I V R I S C O N S . S E N E N S . T R A -

C T A T V S V T I L I S S I M V S

De Dolo.

P R E F A T I O .

- 1 **A**d moralē Philosophum pertinet non modo virtutem, sed etiam vittiam cognoscere.
- 2 *Medici officium, antidoti, & veneni habere notitiam.*
- 3 *Iurisconsulti munus, & Dialetticus quodnam sit.*
- 4 *Eiusdem facultatis est, considerare opposita.*
- 5 *Iurisconsulti defensio.*
- 6 *Iurisconsulti officium est dolum cognoscere.*
- 7 *Officium sapientis, quodnam sit.*
- 8 *Ducis quae sit præcipua commendatio.*
- 9 *Dolus est iurisconsultis quod Medicis venenum, Philosophis moralibus vittum, Dia-*

- lethicis Elementis.
- 10 *Iurisconsultus est Medicus, Philosophus, & Dialetticus.*
- 11 *Dolus laqueus, scorpio.*
- 12 *De dolo traditum nemio abducit compoſuit.*
- 13 *Exhibere, Quod sit.*
- 14 *Perfici ex uno libra magnam Laudem consequens est.*
- 15 *Scriptor am in propria lante vittum.*
- 16 *Platini sententia nobis.*
- 17 *Vitritis horis operis.*
- 18 *Vitritis Divisionis ex Quintiliano.*
- 19 *Divisionis operis in sex partes.*

MORALIS Philosophus ad humanam illam, quam cupide semper inquirit felicitatem consequendam, debet non modo virtutis pulchritudinem intueri; sed viti quoque deformitatem respicere: atque utriusque beatitudinem cognoscere naturam. Medicis officium est, ut in ægris corporibus sanitatem iudicat; & conseruat inducans; non tantum salubrium: sed letalium quoque herbarum; & non solum antideri; sed etiam veneni perfectam habere notitiam. Dialetticus veritatem, cuius maxime est sollicitus, haud recte inquireret, si præter demonstracionem, argumentumunque topicum, non frigidum quoque syllogismum intelligeret. cuiusque enim facultatis est considerare opposita. Ideo iurisconsultus quoque iustitiam, cuius merito Sacerdos appellatur, rite colitur; ac qui bonique notitiam profiteri non posset, nec Sanctum suum, & venerabile nomen sustinere; si legum, & consuetudinis eius, qua priuati in Civitate vtruntur, & ad agendum, & ad respondendum tantummodo peritus esset, & non omnem etiam dolum, fallaciam, machinationem denique omnem cognolceret. nam iudicando decipi, contulendo falli, & circumueniri lura condendo possit facilissime, cum multis sint hominum latebræ multiq; recessus. Et ob id iniuria sibi vindicaret nomen iurisconsulti, quippe si eut sapientis est, priuū non mentiri: mox posse manifestare mentientes, vt magna auctoritate dixit Philosophus in Ethicis, ita Iurisperit in primis non committere dolum; deinde sua prudentia, quæ et rerum diuinarum, & humanae scientia, dolos posse detegere, & quemadmodum optimi Ducis priuia & videbatur Aristidi commendatio, prædicere holium consilia; sic quoque egregii Iurisperiti est, malorum hominum, qui perficioi sunt hostes Civitatis, dolos explorate, lege

A

ORATIONES VIGINTI.

EIVSDEM EXCELLEN-

TISSIMI D. CELSI BARGALII, CVM SE-

nis, tum Maceratae habitæ, pleræque vero in Insignibus

Doctoratus conferendis,

IN DOCTORATV DOMINI HIPPOLYTI

PICCOLOMINETI Anno Domini 1578.

Mensis Aprilis.

ORATIO I. *Sensis habita cum quatuor que proxime
consequuntur.*

INGVARE prosector, & grauissimorum scriptorum re-
mmonio, cclebratum fuit illud *Vitellia Cesari numisma*; in
quo vir ille summus, pulcherrimas Virtutis, & Honoris,
magines insculperat, ac virtutem sic exprebeat: Nimi-
rum iuuenem galearum cum pennis supra galeam; hastam
sinistra; sceptrum dextram manu præferentem; orecas ha-
bente; testudinem sub dextero pede tenentem, hono-
remque, qui muliebri ueste ibi erat expressus, cupide in-
tuentem. Cum vero admirabilis huius in dumiensi aliquan-
do causas inuestigarem, arcuumque Imperatorii numis-
matis tensum, cupidus inquirerem; ad optimis viris re-
sponsum in hanc iententiam accipere me inimihi. Habet
caput galeatum, vt fortitudine ad virtutem opus esse judicer, quo nos ab imminen-
tibus infidiliis tueamur, eandemque ob causam, hastam geltat. Penna vero vel crista;
ingenii acumen significant, & cogitatione rerum sublimum sceptrum; cupiditatum
iuueniliter exultantium comprimendarum potestatem: orecq deinde premonstrant,
quod qui virtutem sectantur, semper ad locum, si opus sit, virtutis exercenda causa,
mutandum, parati esse debent. Testudo autem sub pede, vt palam haec gressus no-
nitos esse dirigendos, prudentia duce; cuius symbolum testudo est, vt nolim et pios in
peccandi necessitatem non coniciamus. Honorem postremo intueretur; quod ad
virtute anhelanti, omnibus in rebus spectandis est Honor, non opes. Haec cum me-
moria repero, & hominem domi tuae honestissimum laurea à vobis cumulatum considero, cum singulares eius animi dotes intueror; cum quemadmodum in oratione eius
vita se gesserit, animaduerto; verum, viuens, ac spirans numisma speciosum Honoris, &
Virtutis imagines referens, mihi video certe intueri, dum eum intueror; omnia, quae
de illo Cesari numismate audierim in vino, ac solido huius iuuenis arte conficiens.
Nam ita fortiter, ita viriliter virtus primuum calcauit, nec non ab improboru hominum
infidiis tutum se praestitit; vt in merito galeam induisse, & hastam fortitudinis tenuisse
videri omnibus possit. Hippolyti enim ad instar (vt cuius nomen habet, eius
quoque virtutem imitaretur) *Hippolytus nephariis allentatoribus*, veluti inuerebat
blanditius, clausas aures, iratimque vulcum perpetuo præbuit; quo Diana, id
est, iustitiae virtutum Deus, atque Reginaz, cui a tenetis vnguiculis totum se de-
derat; fidem seruaret. Cum vero optimis disciplinis, præcipue autem iuriis ciuiliis sci-
entiaz hactenus deferit operam, & ad ciuium suorum utilitatem, & proprium splen-
dorem post hac sit daturus; quis cum penas supra galeam, id est, semper sublimia co-
gitantem, non agnoscat? tam enim familiaris Vlpiani, Martiatii, Pauli, exterorumque
veterum sapientum evasit; vt quemadmodum de Archimede ferunt, non valuisse mi-
nus cum in imitandis sphæræ conuersionibus; quam valuerit natura in illis perficien-
dis; sic auguror fore Laureandum vestrum in reponsis eorum interpretandis, ac ex-
plican-